

A. 103/11.

David F:

Defunct: *Bithalaxia*

San Antonio

QML, II, 81.

4 D. *Maolivia* III. 2. 1. 1. 1.

Amerson (MS. 1. 1. 1. 1. 1.)


Wesley — (MS. 1. 1. 1.)

Roll II. 89.


DEFENSIO  
ORTHODOXAE SENTEN-  
TIAE DE CAENA DOMINI  
MINISTRORVM ECCLESIAE CLAV-  
diopolitanae, & reliquorum  
recte docentium in Ec-  
clesijs Transylvanicis.

IOANN. VI.

Caro mea vere est Cibus, & Sanguis meus  
vere est Potus. Qui edit meam Carnem,  
& bibit meum Sanguinem, in me  
manet, & ego in illo.



CLAVDIOPOLI.  
M. D. LIX.



*William?*

3

OMNIBVS RELI-  
GIONIS CHRISTIANAE  
AMANTIBVS, CVM SV-  
PERIORIS TVM INFERIORIS  
Status hominibus, Gratia  
& Pax per Christum  
multiplicetur.

**N**on sine magno dolore, & conscientiarum per-  
turbatione, audimus passim nos in hac regione ob-  
rui calumnijs, & traduci, Quasi desertis castris Filijs  
Dei, & eius verborum veritate, ad imposturas & mē-  
dacia defecerimus: Quod si vere de nobis predicare-  
tur, merito exosi & detestandi essemus, Imò & eijci-  
endi ex cætu Ecclesię. Verum vbi & rationes factio-  
rum nostrorum exposuerimus, & simul etiam veritatē  
omnibus spectandam proposuerimus, nos satis su-  
perque ab hac calumnia vindicatos esse omnes p̄i  
testabuntur.

Primo omnium constat, dira & atrocía fuisse  
excitata certamina in Ecclesijs nostris ratione arti-  
culi de Cœna Domini: Neque nos in hoc certamine  
posteriores, sed ferè præcipuos fuisse boni viri tes-  
tabuntur, Indeque ab annis quatuor propter hæc dissi-  
dia vsum Communicationis Corporis & Sanguinis  
Christi in gente Vngarica, præsertim in hac vrbe,  
aut nullum, aut admodum rarum fuisse. Huic malo  
sane ex animo succurrere voluimus, & nos & nos-  
tras liberare conscientias, ne tanti scandali authores  
esse conuinceremur.

A.

Studi-

DEFEN. ORTH. DOCT.

Studium hoc nostrum pium nemo sanę mentis  
incusabit, Cum manus sinistra auxilio dextrę non  
sic egeat, atq; Ecclesia consensu: quem Filius Dei  
vna cum suis Apostolis summopere flagitat. Iux-  
ta hanc Christi doctrinam & admonitionem nequa-  
quam negamus nos amplexos esse concordiam, vt  
conscientijs nostris, & auditorum nostrorum, imo  
glorię & honori filij Dei consuleremus.

Huc accedit, quod in dissensione conuictijs &  
multiplici odio certatum est: ne quid interea dica-  
mus de simultatibus & proscriptione: quibus om-  
nibus nolle mederi, & huiusmodi turpe exemplum  
seditionis ad posteros transmittere quis non doleat?

Improbent sanę factum nostrum proprij hono-  
ris cupidi, & natura cholericj, quibus nihil nisi su-  
um placet, & longum funem trahendi turbarum ex-  
petunt: nos ex Verbo Dei agnoscimus, nequaquę sic  
affectos esse debere eius Ministros, qui non conui-  
ctijs aut maledicentia, multo minus politici Magis-  
tratus gladio instructos certare, sed veritate verbi,  
& lenitate spiritus, debent.

Vt igitur putrida omnis calumnia aduersario-  
rum nostrorum prostrata iaceat: vt debitus honos  
veritati Domini detur, ex fundamento Verbi diui-  
ni demonstrabimus, nos veram, perpetuam & inte-  
gram doctrinam de Sacramentis retinere & docere.

Secundo, proponemus & declarabimus, nostrā  
sententiam de Cæna Domini non esse Sacramenta-  
riorum, qui Cænam ipsam euacuabant: sed esse ve-  
ram

## DE CAENA DOMINI

ram veri Corporis & Sanguinis Christi communi-  
cationem, quę potissimum in Ecclesia utilis est &  
requiritur.

3 Tertio, de fundamento disceptationis inter nos,  
& aduersarios nostros, dicemus. vt conspicuum sit,  
quam nihil certi & firmi ipsi in sua doctrina habe-  
ant, Neq; vero sciant & intelligant, quid damnent.

### DE PRIMO.

Quod ad primum attinet, Doctrinam Sacra-  
mentorum integram recitamus, & auditoribus nos-  
tris proponimus, Non ex lacuna Sophistarum de-  
sumpta explicatione, sed ipsius fili; Dei, Diui Pauli  
Apostoli testimonijs, qui hoc theoremate, quo nos-  
tri aduersarij vtuntur, videlicet, quod fides non sit  
de substantia Sacramenti, nequaquę vtuntur.

Paulus enim, cum de Sacramento Circumcisi-  
onis loquitur, nequaquę docet, fidem non esse de sub-  
stantia Sacramenti: sed contrarium infert, cum in-  
quit, ad Rom. 4: Circumcisio est signaculum iusti-  
tię fidei: vbi manifeste Diuus Paulus demonstrat,  
sacramenta esse signa: & ne nuda signa, aut cuiusuis  
rei intelligamus, addit, Iustitię, hoc est, condonati-  
onis peccatorum, quę pertinet ad voluntatem Dei.  
postremo loco adiecit, fidei, vt intelligamus, quid  
nam sit, quo ea iustitia à nobis comprhendi pos-  
sit, id autem est fides.

Manifestum est ex hac sententia Pauli, errare  
illos, qui Sacramenta tantum putant esse tesseras &  
notas Religionis: Aut tantum Sacramentis edi sig-  
na, &

## DEFEN. ORTH. DOCT.

na, & professiones earum rerum & actionum, que  
 requiruntur ab ijs, qui sunt Christo iniciati. Quo-  
 modo vero & nobis iniuriam faciunt aduersarij nos-  
 tri, dum nos Sacramenta euacuare affirmant, quia  
 negamus ori Corpus & Sanguinem Christi offer-  
 ri realiter: & spiritualiter per fidem illud presentif-  
 simum esse & exhiberi contendimus, vt merito, iux-  
 ta illorum sententiam, omne verbum Dei & pro-  
 missiones vacue sint, que non nisi per fidem appli-  
 cantur, & non sic realiter ori offeruntur. Sententiam  
 autem D. Pauli in docendo sequimur: qui cum sig-  
 nata realiter ori offerri neget: tamen signa vacua  
 non facit, sed plena, perfecta & solida.

Eodem modo Christus ipse, Ioann. 6: definit  
 Sacramentum Coenę Domini, sumpta collatione à  
 Sacramento veteris Testamenti. Inquit autem:  
 Ego sum panis ille vitę: Qui venit ad me, non esu-  
 riet: Et qui credit in me, non sitiet vnq̃.

Vtramq̃ partem Sacramenti vocabulis edendi  
 & bibendi complexus est. Descriptioni vocabulum  
 fidei adijcit, Vt vnicum quidem & simplicem mo-  
 dum manducationis Corporis sui exprimat. Nec est  
 quod quisq̃ nos in hac parte calumnietur. Huius  
 enim interpretationis fidem testem habemus Diuū  
 Paulum, qui, 1. Corinth. 10: suum Magistrū secu-  
 tus, eodem modo explicat, cum inquit: Omnes eā-  
 dem escam spiritualem comederunt, & eundem  
 potum spiritualem biberunt.

Hęc omnia tamen sic dicimus, & intelligi vo-  
 lumus, vt ratione Christi instituentis immota ma-  
 neant Sacra-

*Hic Author  
 putat Calvi-  
 nista, & 2i  
 putat contra  
 Lut. Lram.*

## I DE CAENA DOMINI

Sacramenta: sed ratione accipientium est diuersitas; qui se in foedus & promissionem includere debent, si rerum in Sacramentis signatarum participes esse volunt.

Verissimam autem & vtilissimam affirmamus esse definitionem Augustini, qua Sacramentum dicit esse formam visibilem, aut visibile signum inuisibilis gratiae: vbi nomine signi intelligit id, quod videtur: inuisibilis autem gratiae, quod praeter speciem, qua ingerit sensibus, aliud quippiam in cognitionem nostram inducit, propter ipsas res & beneficia, quae in sacramentis offeruntur.

Es his itaque locis praemissis affirmamus, nostra sacramenta signa esse visibilia, non quidem ex natura sua, sed Dei voluntate nobis concessa, & ad plures sensus pertinent. Nam verba, quae in Sacramentis proponuntur, auribus percipiuntur, Notae vero & externa symbola, aut visu, aut tactu, aut odoratu, aut gustu sentiuntur, Res vero demonstrant & praesentes, & praeteritas, & futuras: Mors enim Christi in eis representatur, quae iam praecessit, & promissio ac donum Dei, quod animo ac fide, tanquam praesens, amplectimur, Et vitae puritas & mortificatio, & charitatis officia, quae a nobis postea necessario praestanda requiruntur.

Vt igitur summatim dicamus, Ex definitione D. Pauli, & ipsius Christi apparet, Sacramenta esse oblationes iustitiae fidei. Consignant enim promissiones Dei, quibus, adhibita fide iustificamur.

Pre-



DEFEN J R T H. DOCT.

Precipue autem illud, quod in sacramentis obfig-  
natus, est, vt Deus nobis sit Deus: Quod vbi conti-  
gerit, seruat nos, beat nos, & felices nos reddit.

Hec fundamentalia aduersarij nostri intelligere  
nolunt, Et fidem ex Sacramentis profligant, cum  
eam non de essentia eius esse dicunt. Neq; promissi-  
onibus, que Sacramentis addite sunt, vim & effica-  
ciam attribuunt, Sed verborum recitationi, & nel-  
cio quibus incantationibus.

*Reliqui d  
Papiani  
in la...*

Quod potissimum est in tota hac doctrina, Di-  
cimus Sacramenta constare duabus rebus, videlicet,  
Re terrena, & cœlesti: signo, & signato, vt cōspicu-  
um sit, perperā nos calūniari ab aduersarijs nostris.  
Sed illorum falsam opinionem refutamus, & ab ea,  
tanq; aliena à scriptura, nos seiungimus, qui signata  
symbolis terrenis sic alligant, vt aut sub illis delites-  
cant, & vna misceantur: aut sint vnum quoddam  
contētum inseparabiliter, vt duę naturę in Christo.

Porro si hoc verum esset, quotquot externa sym-  
bola sumerent, simul & res significatas percipe-  
rent. Sic Turca per ludibrium accedens, vel mus  
panem sacramentalem arrodens, simul Christi Cor-  
pus reale sumpsisse dicendi essent: & huiusmodi ab-  
surda plurima, que ab illis, & per summum con-  
temptum & ignominiam filij Dei fiunt.

Quanc; autem nequac; negemus, magnam esse  
cognitionem & analogiam Signi & Signati, quem-  
admodum ex scriptis S. Patrum apparet qui signa  
ipsa insigniunt nominibus rerum signatarum, tamē  
ea nequac;

## DE CAENA DOMINI

nequaquam ex infirmitate, ut aduersarij nostri, confundenda esse volumus, sed distincte utraque suis limitibus includenda. Quam in re non nostrum iudicium, ut illi, sequimur, sed prescriptum D. Augustini, qui libro 3: aduersus Maximinum Arianum, sic ait: sacramenta aliud esse, & aliud significare, Et hec non esse confundenda, & in vnum miscenda.

Posteaque hac ratione causam materialem & formalem Sacramentorum explicuimus, directe eorum causam finalem recitamus, Et agnoscimus Sacramenta esse instituta, ut animus noster excitetur, admonitus per sensus, & fide apprehendat promissiones Dei, atque ita desiderio inflammetur ad eas persequendas

Deum ipsum authorem esse Sacramentorum per filium suum, Dominum nostrum Iesum Christum fatemur. Neque hanc authoris voluntatem, & Sacramentorum ordinem immutari, pro ratione Dei instituentis cernimus: At iuxta Scripturarum sententiam, non eadem esse Sacramenta, veteris & noui testamenti, pernegamus. cum idem sit Deus, idem modus saluationis. Vnde apparet, quam grauius peccent aduersarij nostri, erga Deum & veterum Ecclesiam, Patriarcharum & Prophetarum, qui seculus Corpus Christi non sumi contendunt, nisi illud realiter in os ingeratur, quod ab illis fieri non potuit, cum nondum sic realiter Christus corpus ex Maria virgine assumpserit.

Quicquid extra hunc authorem instituentem  
B  
est, neque

*Hic exhibet**Papistas:**Libertari:**Calvinistae*

## DEFEN. ORTH. DOCT.

est, neq; ab eo proficiscitur, id, contra papistas, & eorum opiniones, Sacramenta esse non agnoscimus: Neq; iuxta mentem illorum, & recentium nostrorum aduersariorum, per Sacramenta nos subdi creaturis volumus, aut ea adorari: sed potius per hec erudiri, accendi in nobis fidem, & desiderium promissionum Dei. Sine his enim externe ceremonie, quamuis à Deo institutę, nihil profunt. Huc accedit, vt arctiore charitate inter nos vinciamur, cum simus iisdem mysterijs iniciati.

Nequaquę autem dicimus hic, vt nostri aduersarij, ex opere operato, salutem & gratiam per Sacramenta conferri: sed potius ea in Sacramentis obsignari & confirmari per fidem. Et vtriq; merito Sacramentarij dicendi sunt, qui aut plus, aut minus Sacramentis tribuunt. Priores enim Sacramentarij & Anabaptiste peccarunt in defectu, nostri vero aduersarij in excessu.

Accusent nos quantum velint. Non agnoscimus aliud instrumentum, quo res Sacramenti percipiatur, quam fides. Nam id Paulus aperissime docuit, & Christus Dominus, cum Ioann. 6: in definitione fidem ponit. Sola enim fides est, qua iustitia, que signatur in Sacramēto, à nobis percipitur. Neq; enim eo pertingit, vel sensus noster, vel ratio, multo minus os corporale.

Et D. Augustinus, exponens illa verba Ioannis, Iam vos mundi estis propter sermonem meum, ait, Quod Sacramenta nos mundant, id ea habere ex verbo Dei,

## DE CAENA DOMINI.

Dei. Nam si detrahas, inquit, verbum ab alemento, nihil supererit, nisi aqua. Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum. Nam quid est, inquit, quod aqua corpus attingit, & cor abluit? Respondet, id fieri vi & potentia verbi, non quod dicitur: sed quia creditur.

Ex his apparet, fidem esse, qua abluitionem & sanctificationem apprehendimus: quemadmodum in Actis scribitur: fide purificans corda illorum.

Hinc liquidò apparet, aduersarios nostros in vna eademque praua opinione cum Papistis herere, quod putant ex prolatione verborum, vel naturas elementorum mutari, vel Corpus & Sanguinem Domini elementis coniungi hic in terris, in altari, vt plane posito vno & aliud de necessitate consequatur.

Doctrinam hanc de Sacramētis, in genere propositam, vt est perspicua & pura, sic consonam esse voci diuinae, & veteris Ecclesiae, agnoscimus: quam aduersarij nostri aut ignorant, aut contra conscientiam contemnunt. Et sane copiosiores essemus, nisi institutum vobis sequeremur in illustranda antithesi doctrinarum, Et explicationem prolixioris requisiti omnibus pijs proponere vellemus.

### DE SECVNDO.

Quod ad secundum caput partitionis attinet, vel ex precedentibus manifestum est, Sacramentarium, & eorum, qui primi haec cernamina mouerunt, nos non sequi doctrinam, neque cum talibus consen-

## DEFEN. ORTH. DOCT

conferre, aut eodem modo docere, publicè testamur. Illi enim primò & nuda signa esse statuerunt: at nos plena, perfecta & solida esse, in quibus non solum notæ professionis aut mutue charitatis & benevolentie testimonia preponuntur: sed potius esse testimonia applicationis, quæ per fidem non solum beneficia ipsa, verum etiam Corpus Christi eiusque Sanguinem nobis exhibent,

Secundo, Illi veritatem à signis seiunxerunt Nos eam cum signis coniungimus, & fidei quam certissime & præsentè offerri docemus.

Tertio, Multi ex illis absentis Christi signa esse docuerunt, qualis est Hercules statua, aut imago picta Matthie Regis: Nos è contra fidei Christum præsentem esse, & reuera animis fidelium cum pane & vino offerri Corpus & Sanguinem Christi fatemur. Denique addimus, totius Christi præsentiam iuxta doctrinam communicationis Idiomatum. Neque insuper viuificationem eam, quæ carni Christi adiuncta est, quin idem exerceat in corporibus nostris, negamus. Præterea, refutamus plane eos, qui de solis beneficijs, & non de Corpore ipso loquuntur, spiritualiter per fidem participato. Verba enim Christi vera sunt: hoc est Corpus meum. Item, Caro mea vere est cibus, & Sanguis meus vere est potus.

Quamuis autem non negemus, panem figuram seu signum esse Corporis Christi, testibus omnibus Patribus: tamen non solum signum esse, nec sola offerri beneficia, sed ipsum Corpus spiritualiter per fidem. Ideo

## DE CAENA DOMINI.

13

Ideo sancti Patres utraq; nomina retinent: Et hoc à nobis Varadini propositum fratribus in Synodo congregatis, idem postea à clariss. viro Dom. Stephano Copatio in pub. contione repetitum, Et re- futatę sunt phrases illę de picta imagine Matthei Regis, & his similia. Neq; loci distantia, hoc est Corporis Christi in cœlum ascēso, & sessio ad dex- teram Patris, fidei distantia est, cum ea omnia habe- at presentia.

Quomodo vero hoc fieri possit, docet D. Chry- sostomus, in explicatione capituli 10: prioris ad Corinthios, homil. 24, sic inquit: lubet nobis, ut cum concordia, & charitate maxima ad se acceda- mus, & aquilę in hac vita facti ad ipsum cœlum evo- lemus, vel potius supra cœlum, Vbi enim cada- uer, inquit, illic & aquilę. Cadaver Domini Corpus propter mortem. Nisi enim ille cecidisset: nos non resurrexissimus. Aquilas autem appellat, ut osten- dat, alta eum oportere contendere, qui ad hoc Cor- pus accedit, & nihi cum terra debere esse commune, nec ad inferiora trahi, ac repere, sed ad superiora semper volare, & in solem iustitę intueri, mensisq; oculum acutissimum habere: aquilarum enim, non graculorum hæc mensa est. vide eundem in Matth. cap. 26. homil. 53. Lib. 3, De Sacerdotio 2c.

Ut autem summam, quod sentimus, perstrin- gamus, Affirmamus extra usum & actionem nihil esse Sacramenta.

Item; Quod dum utimur communionem Cęne  
B3 Domini

DEFEN. ORTH. DOCT.

Domini, Corpus Christi & Sanguinem sola fide nos tenere.

Vtilitates autem huius sacre actionis retinemus & profitemur, Vt manendi in Christo benecium, Et Christi in nobis, Vitę caelestis atq; diuinę consecutionem per fidem applicantem in hac actione sacra, Porrectionē Corporis & Saguinis Christi, eam que fide & animo habetur, Cōfirmationem remissionis peccatorum per hoc testametum, Memoriam mortis & crucis Christi, Incorporationem quoq; cū Christo & membris eius, Viuificationem, consolacionem, & his similia, Certissimum testimonium contra tentationes p̄destinationis & electionis, que omnia Sacramentarij non docuerunt, Sed ex longa certatione inuestigata sunt, Et Per Clariss. & integerrimos viros, Philippum Melanthonem p̄ceptorem nostrum charissimum, Ioannem Caluinum, Petrum Martyrem, & reliquos, Spiritu Sancti instinctu sunt patefacta.

Neq; vero in vilo puncto aut articulo à Confessione Saxonicarum Ecclesiarum in Germania exhibita Synodo Tridentinę, anno 1551: Et ab amanrissimo nostro P̄ceptore Philippo Melanthonē Ecclesijs Transylvanicis, anno 1557: transmissę, discedimus: Imò cum omnibus vere & pie docentibus in superiore & inferiore Pannonia consensimus. que res satis arguit & conuincit degeneres animos aduersariorum nostrorum, & omnia que spargunt, calumnianter ab illis dici. Verum id ex fundamento discep-

## DE CAENA DOMINI

to disceptationis, quod sequitur, per spicuum erit.  
DE TERTIO

In tractatione partis huius hęc premittenda statuimus, quod autoritate humana hęc discerni non volumus, quid hic aut is docuerit: sed quid potius veritas diuina monstrat in hac contentione, propositis vtriusq; partis propositionibus, elici volumus: Neq; veritatem ad homines, Sed homines ad veritatem diuinam alligandos esse censemus.

Caput & summa contētionis hęc est. Aduersarij Corpus clausum & opertum in pane & vino esse contendunt, Et illud non solum pijs per fidem accipiendum, verum etiam impijs ore corporali mandendum offerunt. Nos vero affirmamus. Corpus illud naturale, iuxta proprietatem Corporis phisici, certo loco cęli, vbicunq; esse vult, contineri, Neq; illud ori mandendum, sed spiritui per fidem offerri, vt simul & Corpus nostrum particeps fiat immortalitatis.

Ab aduersariorum nostrorum sententia fatemur nos plane alienos esse. Primum, Quia hęc corporalis & carnalis presentia nihil adfert vtilitatis, quod ex illa spiritali presentia non habeamus. Nam Ioan. 6: promisit Dominus edentibus se, vitam æternam, mansionem suam in illis, & reliqua, quę illic pertexuntur: neq; quicq; vltra hęc requiri potest.

Secundo. Quia si hęc corporalis & carnalis presentia statuitur, Non posset concedi, nos & veteres habuisse eadem Sacramēta: Quia carnalem & corporalem



## DEFEN. ORTH. DOCT.

poralem hanc præsentiam non potuissent antiqui obtinere. Cum filius Dei nondum carnem suscepisset.

Tertio. Ultra illam Spiritualem manducationem, quam habemus Ioann. 6: aliam inducunt, carnalem & corporalem, que non potest probari, Cum ista & illa sint eadem, Nisi quod in posteriore adduntur Symbola, ad rem magis confirmandam.

Quarto, Quod cum tantum verbis tribuant, versantur in eadem difficultate, qua & transubstantiatores, Dum aiunt, hoc est Corpus meum. Non enim se explicare possunt, vt aperte dicant absq; contradictione, quid nam demonstrent, Et quomodo verba sint vera, dum proferuntur, si tropum non admittant.

Quinto. Quia Corpus Christi diffundunt, vt sit simul in multis locis & vbiq;. Neq; valet, cum dicunt, Non localiter, Non transubstantiatione. Quia hoc postea destruunt, cum illud Corpus pijs eque ac impijs exhibent: quod non nisi per transubstantiationem, aut localem inclusionem sit.

Sexto. Verba scripture nos minime adigunt ad tam crassam, carnalem & coporalem presentiam. Et fides est ex verbo Dei, que talem, & tam crassam presentiam non complectitur. Patres denique eam non norunt, Sed talem, que est spiritualis & mystica.

Tria aperta fallissima insunt sententię aduersariorum nostrorū. Primo cum dicunt, Corpus Christi naturale aut in pane, aut sub pane, aut cum pane dari: at, non naturaliter, neq; sensibiliter.

Hęc

## DE CAENA DOMINI

Hęc sērentia non est in institutione Christi, necq̄  
verbis illius conuenit. Sed potius ex causa finali de  
institutione iudicandum est, videlicet ex eo, cum in-  
quit, hoc facite in mei commemorationem. Vnde  
liquet, quod Christus Corpus suū naturale non panī  
alligauerit, sed sublatum in cælos, illud nobis spiri-  
tualiter perfruendum reliquerit in sui memoriam.

Verum si hęc absurditas falsa ex verbis ipsius  
non refutaretur: tamen proprietates Corporis illius  
phusici, & vere humani, est enī os ex ossibus nostris,  
& caro de carne nostra: item, ex semine Dauidis se-  
cundum carnem, eādē refutaret. Si enim secundū  
illius sententiam, sub pane & vino Corpus Chris-  
ti delitescere debet, vt illud sit infinitum, incircum-  
scriptum, & in diuersis locis oportet. At hoc fallissi-  
mum & absurdissimum est. Nam & ante Passionē,  
& post resurrectionem & glorificationem scripturę  
facrę illud Corpus simul & semel in vno eodemq̄  
monstrant esse loco.

Testimonia ante Passionem sunt manifesta.

Ioann. 11: Christus inquit: Lazarus mortuus  
est: & gaudeo, quod ibi non fuerim, propter vos,  
vt credatis. Corpore se ibi non fuisse affirmat. Do-  
cet itaq̄ Corpus suum non eque diffundi, atq̄ diui-  
nam naturam.

Ioann. 4: Iesus relicta Iudea, vicissim venit in  
Gallileam, Vbi tunc corpore suo non eque atq̄ di-  
uinitate pręsens fuit.

Math. 15: Et exiens inde Iesus, venit in confi-  
nia Tyri & Sydonis.

C

Post

## DEFEN. ORTH. DOCT.

Post resurrectionem eius ex morte Angeli dicunt, Surrexit, non est hic, Luce. 24, Matth. 28. Mar. 16.  
 Item Luce, 24: Iohan. 20: inquit Christus: Palpate & videte, Quoniam Spiritus carnem & ossa non habet.

Eodem modo & post ascensionem formam & modum veri Corporis non esse mutatam manifesta docent testimonia.

Ioan. 17: Non sum amplius in hoc mundo, Ipsi in mundo sunt, ego autem ad te venio.

Matth. 24. Siquis dixerit vobis, Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere, hoc dictum monstrat, Corpus eius nec esse in diversis locis simul & semel, nec illud nunc in terris versari.

Item, Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, Nolite exire. Ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & apparet usque ad occidentem, ita erit aduentus filij hominis.

Sic Acto. 1. 3. & 7: manifesta extant testimonia, Corpus Christi in caelo ad dextram Patris occupasse locum, & illud non esse diffusum, vt diuinam naturam.

Quid vero manifestius dici potest, quam illud in Epistola ad Colloss. Cap. 3: Superna querite, vbi Christus est ad dextram Dei Patris.

Item, Philipp. 3: Conuersatio nostra in caelis est, vnde expectamus saluatorem nostrum.

Verum iuxta aduersariorum nostrorum sententiam concedamus haec omnia testimonia nihil pertinere ad Cor-

19  
DE CAENA DOMINI

Corpus Christi: cum reuera de eo loquantur, & proprietatem humane eius nature explicent, quorsum autem faciemus incarnationem Christi, Passionem, sepulturam, resurrectionem, ascensionem in coelum, sessionem eius ad dextram Patris, aduentum eius secundum, que omnia in dubium vocari oportet & destrui, si cum aduersarijs nostris dicamus illud corpus naturale adesse inuisibiliter. Probent autem, Christum Corpus suum inuisibile nobis in coena sua promississe: sane vicerint. Ipse enim non de inuisibili, sed de visibili & palpabili loquitur, quale fuit traditum: vt ergo tale sit oportet.

Ne quis vero nos vt falsos interpretes calumniari possit, Augustini & reliquorum sanctorum Patrum interpretationes subiiciemus.

August. Tract. super Iohann. 50: Accipiant, inquit, & hoc boni, Sed non solliciti. Loquebarur enim de presētia corporis sui. Nam secundū maiestatem suam, secundum prouidentiam, secundum ineffabilem & inuisibilem gratiam impletur, quod ab eo dictum est: Ecce ego vobiscum sum, vsq; ad consummationem seculi: Secundum carnem vero quā verbum assumpsit, Secundum id, quod de virgine natus est, Secundum id, quo a Iudeis prehensus est, quod ligno affixus, quod de cruce depositus, quod linteis inuolutus, quod in sepulchro conditus, quod in resurrectione manifestatus, non semper habebitis me vobiscum; Quare?

C2

Quoni-

20  
DEFEN. ORTH. DOCT.

Quoniam conuersatus est secundum Corporis sui presentiam quadraginta diebus cum discipulis suis, & eis deducenibus videndo, sed non sequendo, ascendit in cœlum, & non est hic: Ibi est enim, & sedet ad dextram Patris, Et hic est: Non enim recessit presētia maiestatis. Et aliter: secundum presētiā maiestatis sēper habemus Christum. Secundū presētiā carnis recte dictū est discipulis, Me autem non semper habebitis. Habuit enim illum Ecclesia secundum presētiā carnis paucis diebus: Modo fide tenet, oculis non videt. Quid apertius his dici potest ad refutationē vbiq̄tatis corporis Christi?

Sic in Epistola 57: ad Dardanum, eccitatis articulis fidei de Christo, manifeste docet, Corpus Christi non esse diffusum, cum inquit: Iuxta eam formā non est putandus vbiq̄.

In eadem hac Epistola ad finem.

Item in lib. aduersus Felicianū, cap. 9: 10 & 11.

Item de agone Christi, Cap. 24, vsq̄ ad finē, 27.

Cyrilli, lib. 9: super Iohannem, cap. 21.

Deniq̄ cum de se dixit, Me autem non semper habebitis, Loquebatur Dominus de presētia Corporis sui. Nam secundum veritatem suam, secundum providentiam, secundum ineffabilem & inuisibilem diuinitatis gratiam, impletur quod ab eo dictum est, Ecce ego vobiscum sum vsq̄ ad cōsumationē seculi.

Theodoretus in Dialogo. 2: quem inscripsit, Inconfusus: Etenim illud iplū Corpus habet sane priorem suam speciem & figuram, & circumscriptionem, Et

21

## DE CAENA DOMINI.

Et ut simpliciter dicam, etiam ipsam corporis substantiam.

Postremo, Quid vsitatus Augustino, Cyrillo, Vigilio, Fulgentio, Theodoreto, & reliquis sanctis Patribus, disputantibus de corpore Christi, quã has tractare theses, & demonstrare, quod hæc sit fides Ecclesie catholicæ:

Primo, Quod Christus secundum humanitatem, aut Corpus suum non sit ubiq;.

Secundo, Quod illud Corpus sit circumscriptum, & in loco, iuxta finitam suam proprietatem.

Tertio, Quod Corpus suum hic in terris nunc præsens nobiscum non sit, nec visibiliter, nec invisibiliter.

Quarto, non esse eque diffusam humanitatem atq; diuinitatem. quæ omnia isti nostri aduersarij cæce præiudicio inuertunt, contradicentes verbo Dei, & eius auctori spiritui Sancto.

Duo habent arundinea fulcra aduersarij, quæ huic veræ sententiæ opponunt,

Primum est, Unio hypostatica duarum naturarum in Christo. Alterum, omnipotentia Christi.

De unione hypostatica facilis est responsio. Et vsitate sunt Sanctorum Patrum tractationes. Unio hypostatica non destruit nec vetat inquisitionem Proprietatum in naturis. Item, Inquisitio proprietatum in naturis non soluit unionem hypostaticam.

Has regulas veras esse, & dignas obseruatu in interpretatione, multa testimonia scripturæ confirmant, ut cum Christus apud Iohannem inquit: Ego

C3

relinquo mundum, & vado

## DEFEN. ORTH. DOCT.

vađo ad Patrem. Item, Ego vobiscum sum v̄ sc̄ ad consummationem seculi. Loquitur in vtroq; dicto secundum vnionem hypostaticam. Et communicatione idiomatum, non naturis, sed personę tribuit proprietatem alterius: vt patet ex definitione.

Quomodo ergo vtrumq; dictum constabit? Vt Augustinus & Cyrillius interpretantur, prius de humana natura, quę nos reliquit, posterius de diuina, quę nobis adest, intelligi debet.

Non autem violatur vnio hypostatica in ista inquisitione proprietatis humanę & diuinę nature. Sic Ioann. s: cum Christus inquit: Antequam Abraham esset, ego sum, manet vnio hypostatica, & non soluitur: attamen illud verum est de diuina, Non item de humana.

Sic quoq; manifestum est, non destrui vnionem hypostaticam, cum sit inquisitio proprietatis alterius nature. Vt proprietas humanę nature est, esurire, sitire, tristari, pati, vulnerari, mori. Econtra, diuinę, esse vbicq; non esse circumscriptum, quę omnia vnā & eandem personam Christi non soluit, neq; duas constituunt personas.

Hoc verum esse vel naturalia declarant exēpla. In homine corpus dormit, anima vigilat: tamē recte dicitur totus homo dormire, at non iuxta proprietatem alterius, videlicet anime: Neq; tamen soluitur homo, Neq; constituuntur duo homines, sed est & manet vnus & idem.

Neq; D. Petrus soluit Christum, cum eum passum esse

# DE CAENA DOMINI

esse dicit in carne, hoc est, secundum proprietatem humanę nature, Neq; fecit duos Christos.

Neq; etiam D. Paulus, cum dicit eum natum esse ex semine Davidis secundum carnem.

Faceſſat igitur procul hoc ſophiſma aduerſario- rum noſtrorum, & diſcant ex Magiſtro Sententiarũ, lib. 3: Diſtinct. 22: quod Chriſtus ubiq; totus ſit, ſed non totum, totum enim ad naturam refertur: to- tus autem ad hypoſtaſin: teſte Damasceno, lib. 3: de fide orthodoxa, Cap. 7.

Alterum, quod de omnipotentia obijciunt, e- que firmum eſt, atq; primum. Omnipotentia enim Chriſti nihil agit & operatur contra patefactam & immotam eius veritatem, in Verbo demonſtratam. Sicut ergo Chriſtus per omnipotentiam ſuam non deſtruit id quod ſemel dixit: ſic cum Corpus ſuum voluerit eſſe finitũ, & per omnia noſtro ſimile, abſq; peccato, non efficit, vt idem ſit infinitum, & noſtro diſſimile.

Sic Chriſtus per omnipotentiam non eſt ſibi con- trarius, Vt illud Corpus, quod nos in dextera Pa- tris querere iubet, quod ſublatum eſt in cœleſtem gloriam, vt illud pani incluſum, ori realiter exhibe- ret. Nam glorificatione natura non eſt immutata, ſed Copori Chriſti prerogatiue & dotes ſunt collate, quas non negamus.

Quemadmodum igitur ſol Dei ordinatione ce- leriter ab ortu in occaſũ pertingit: ſic & Chriſtus cor- pus ſuũ glorificatũ per omnia cœli ſpacia celeriter di- ducere poteſt, neq; dubium eſt, quin ſi velit ſimul & ſemel in cœlo & in terra Cor-



24  
I I F E N. O R T H. D O C T.

Corpore suo esse posset: At non est questio de omnipotentia, sed de voluntate. que satis firmiter monstrat, hoc esse eius firmū propositum, vt Corpus eius sit in cœlo, versetur in cœlestibus & gloria Patris sui, exerceat illic regnum suū & triumphum, donec venerit ad iudicandum viuos & mortuos, vt Diuus Paulus ad Ephes. cap. 4: & alibi explicat.

Imò, si cardo rei consideratur, ipsi aduersarij negant omnipotētiā Christi, dum illū nullum alium modum communicandi Corpus & Sanguinem suū habere contendunt, quam qui est corporalis & oris. Cum tamen Christus exuta hac humilitate & abiectione, per potentiam Verbi sui agat.

Ex præmissis testimonijs manifestum est, quod sentētia aduersariorum nostrorum de presentia corporali & reali, sit contra manifesta testimonia scripture sacre, & omnes articulos fidei nostre, de Christo editę. Imò est societas & communicatio quedam cum Marrione, Cerdone, Manicheo Eutichete, & reliquis hereticis, qui confundunt proprietatem naturarum: & destruunt, imò negant veram humanā in Christo naturam. Non est itaq; quod alijs heresim obijciant, Cum ipsi in sua opinione quam plurimas habeant.

Cōspicuum est omnibus, in primo errore aduersariorum nostrorum quanta insit absurditas. At in eodem loco eum duplicant, dum illud Corpus non fide, sed ore sumi contendunt. quod contra institutionē Christi est. Christus enim Panem accepit in manus, Pa-

## DE CAENA DOMINI

Panem fregit, Panem dedit discipulis, De Pane dixit, Accipite comedite, hoc est Corpus meum. Assidebant mensę discipuli: Christus ipse communicauit cum illis, teste Chrysofomo, Neq; discipulis Corpus suum in os ingessit, Neq; seipsum communicado deuorauit, Neq; Chimeram aut duplex Corpus effinxit: sed per fidem, & in mysterio Corpus suum discipulis manducandum dedit, iuxta hæc uerba: Hoc est Corpus meū, quod pro uobis traditur. Hic est Sanguis meus, qui pro uobis, & pro multis effunditur in remissionem peccatorum.

Modum igitur manducationis Corporis & Sanguinis sui quis sit, & qualis esse debeat vsq; ad aduentum suū, qui vnicus est & simplex, expressit Christus Dominus, Ioan. 6, qui est reuera fidei & spiritualis. Sacramentalis enim est symbolorum externorum, & non Corporis & Sanguinis Domini, nisi quatenus per denominationem. Vt igitur oris manducatio falsa & impia esse conspiciatur, quam aduersarij nostri somniant, breuibus argumentis probabimus.

### PRIMUM ARGUMENTUM

Quamcunq; manducationem Christus prohibuit & interdixit, ea sine magno scelere in Ecclesiam nec inuehi debet, nec doceri.

Ore māducari Corpus ab eodem est interdictū. Ergo, illa in Ecclesiam inuehi non debet.

Minor probatur ex Iohann. cap. 6: Christus enim, somniantibus Capernaitis, quod ore manducaturi & bibituri essent Corpus & Sanguinem suū,

D

his ver-

## DEFEN. ORTH. DOCT.

his verbis contradixit: Caro non prodest quicquid. Spiritus est, qui vivificat. quod dictum nihil aliud sibi vult, ac si diceret: Corpus meum non intrabit in vos vestrum modo carnali, ut vos somniatis, Neque visibiliter, neque invisibiliter: Sed Spiritu vestro manducabitur, hoc est, anima credente, quæ est vera vivificatio & consolatio in ipsa poenitentia & conversione ad Deum. Neque unquam alius sensus ex verbis Christi elici poterit, quam hic est, Caro non prodest quicquid, hoc est, carnalis oris manducatio, Spiritus vivificat, hoc est, spiritualis manducatio, per fidem.

## II. ARGUMENTUM

Quodcumque officit Christo & Regno eius spirituali, imò impedit veram manducationem & salutarem Corporis & Sanguinis Christi, explodendum est ex Ecclesia.

Oris corporalis manducatio adversariorum nostrorum officit regno Christi spirituali, impedit veram & salutarem manducationem.

Ergo est explodenda.

Minor probatur. Quia dum rixatur ab illis de presentia carnali Corporis & Sanguinis Christi in pane & vino, ipsi & auditores illorum intenti ad elementa, negligunt veram & salutarem manducationem, per veram poenitentiam & fidem. & nescimus quale opus operatum illic somniant, dum ad unam horam, aut diem unum modeste vivunt, & putant per huiusmodi contactum physicum se iam liberatos esse ab omni peccato: & prorsus institutum Christi ingeritur, Nam

## DE CAENA DOMINI

Nam Christus in sua substantia Corpus suum in coelestibus esse voluit, Spiritum autem suum semper in nobis vult habere, & hoc ipso Regnum suum in nobis nichilominus: non per cibum & potum rerum corporalium, sed per fidem, in pace & gaudio Spiritus.

### III. ARGUMENTVM

Corpus Christi solum editur & sumitur eo ore, quod illud sumere & gustare potest.

Os nostrum corporale illud non gustat:

Ergo ore corporali Corpus Christi non editur.

Maior & Minor argumenti huius probantur.

Quia Christus realem manducationem Corporis & Sanguinis sui instituit, & nequaquam vult fallere suos. Si autem ori realiter offerretur, & quidem insensibiliter, ut aduersarij nostri volunt, certe & Deus, & natura sibi essent contraria. Nullum enim, quod ori reale est, insensibile est. Neque quod dat filius Dei, ore naturali illud vult comedi & accipi, quod fieret, si insensibiliter illud daretur: Cum Corpus Christi non sit insensibile & chimericum.

Minor patet ex eo, Quod corporalia non nisi corporalibus sumuntur: Spiritualia autem non nisi spiritualibus. Corpus autem Christi est res coelestis, ut D. Augustinus quoque in Sententijs Prosperii meminit, illudque est in coelesti regno Patris sui: Ergo illud non ore, quod corporale est, Sed spiritualiter per fidem sumitur.

Sic promissiones diuinae non nisi per fidem in corde sumuntur, & applicantur.

D.

Dict.

## DEFEN. ORTH. DOCT.

Dictum Christi, Hoc est Corpus meum, quod pro vobis traditur: Sanguis meus, qui pro vobis & pro multis effunditur in remissionem peccatorum, est promissio: Ergo illa non habet locum, nisi in corde per fidem.

Quæ hic ab aduersarijs nostris ex Augustino & Ambrosio obijciuntur, de oris manducatione, hoc ipsum Augustinus, lib. 3: de Doct. Christiana, cap. 16: explicat. Affirmat enim in his locutionibus omnino figuram esse. Atque hoc iacto fundamento satis liquet, quo sensu Augustinus dicat, Corpus Christi ore & corde nostro percipi. Vtraque enim pars nostri videlicet, & os & cor in opere coniungitur: cum tamen opus vtriusque longe diuersum sit. Nam cor ad rem ipsam sese conuertit, quæ significatur: os autem quod solū potest, nempe, externa symbola accipit: Vtrinq; tamen vere dicimus sumi Corpus Domini.

Manifesta sunt sane Dicta D. Augustini, vt: Non hoc Corpus, quod videtis, manducaturi estis: Mysterium aliquod commendauit vobis. Illud spiritualiter intellectum viuificabit vos. In psalm. 98.

Item Quid paras dentes & ventrem, Crede, & manducasti. Neque quicquam aliud in patribus reperitur, quam esse fidei & spiritus manducationem.

## DE QVARTO.

Quartum caput controuersie nostre est, Quod aduersarij nostri affirmant, impios & incredulos idem Corpus verum & naturale sumere, quod pii sumunt, idque eliciunt ex verbis non recte intellectis ipsi

## DE CAENA DOMINI.

tis ipsius institutionis. Quia enim semel seruiliter se addixerunt literę, ideo etiam literaliter hanc impietatem colligunt.

Quod autem Iudas Corpus Christi, in mortem traditum, non sumserit, id eo probatur, Quia damnatus est. Teste enim D. Agustino, Corpus Christi nulli est exitio, & ad mortem.

Vt autem verum sit, hoc ab illis cum summa ignominia filij Dei dici, audiamus ipsum Christum, Ioann. 6: de vero vsu & potu Corporis & Sanguinis sui differentem. Inquit autem. Caro mea vere est cibus, & Sanguis meus vere est potus: Qui edit meam carnem, & bibit meum Sanguinem, in me manet, & ego in illo.

Certum est autem, quod impij nec viuunt in æternum, nec manent in Christo, nec Christus in ipsis: Ergo non manducant Carnem Christi.

Sic in eodem Capite Christus inquit, Nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis eius Sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Impij, iuxta sententiam aduersariorum, edunt carnem filij hominis: Ergo habent vitam, Et per consequens nulla damnatio, nullus Infernus: Heu absurditas.

Inanis prorsus est illorum responsio, huic loco apposita, cum dicunt Christum Ioann. 6: non loqui de Cæna. Quis id illos docuit? Certe tota vetustas orthodoxorum Patrum Caput illud ad manducationem Corporis & Sanguinis Christi refert, de qua in Cæna filius Dei loquitur.

D;

Neg;

## DEFEN. COR. HT. DOCT.

Nec illorum glossa admittenda est, quod dicunt, hec pertinere ad eos, qui digne manducant cum Corporis Christi nulla sit alia quam salutaris & digna manducatio. Effectus enim Corporis Christi ab ipso Corpore separari non potest, nec debet: Ut verba sonant: hoc est Corpus meum, quod pro vobis traditur.

Misere se torquent aduersarij nostri hoc in loco, Et adducunt locum D. Pauli, 2 Corinth. 11: Quis quis ederit panem hunc, aut biberit de poculo Domini indigne, reus erit Corporis & Sanguinis Domini. Item, Qui edit ac bibit indigne, iudicium sibi ipsi edit ac bibit, non diiudicans Corpus Domini. Paulus Apostolus de pane & vino loquitur, & dicit: Qui comederit panem hunc, & biberit calicem hunc. Aduersarij misere cecutiētes contra D. Paulum, dicunt, impios illud verum Corpus & Sanguinem sumere. An non hoc est peccare contra Spiritū Sanctum, & Pauli Apostoli verba inuerrere? Aliud prorsus est ore sūere verū & naturale Corpus Christi, Et, illius Corporis reū fieri, aut illud nō diiudicare.

Christus Dominus pronunciat Iudeos reos esse omnis Sanguinis effusi a primo Abel iusto, vsq; ad Zachariam, filiū Barachie, non quod hī, quos tunc Christus alloquebatur, manibus suis realiter illorū sanguinem effudissent: sed quia ipsi in eodem contemptu verbi prophetici, atq; patres eorum, qui eos interfecerant, perseuerarent.

Sic D. Paulus in Epistola ad Ebret prophano torres Testamēti Chris-

31  
DE CAENA DOMINI

Christi affirmat pedibus conculcate sanguinē Christi. Non quod realiter hoc fiat hic in terris: sed quia beneficia, parta per sanguinem Christi, respuant.

Hęc verba D. Pauli, Reus fit Corporis & Sanguinis Domini, Item: Non diiudicat Corpus Domini, non docent, impios cōmunicare corpore & Sanguine Domini: sed potius contemnere, & oblata respuere. Nam si oblatum à Christo fumorent & non respuerēt, nequaquā rei fierent, Neque dicerentur, non diiudicasse Corpus Domini: At sunt rei Corporis & Sanguinis Domini, Non diiudicant Corpus Domini, Quia illud non manducāt, non accipiunt in possessionem, in cibum & potum anime, iuxta mentem & voluntatem Christi, dantis nobis & porrigentis Corpus suum.

Hoc verum esse cōfirmat Ambrosius in explicatione loci huius Paulini, cum, inquit: Quid est reos esse, nisi pœnas dare mortis Dōmni: occisus est enim pro ijs, qui beneficium eius in irritum ducunt.

Si hanc interpretationem aduersarij nostri reiiciunt, ipsi adferant meliorem. Nos quidem, quos videre & habere potuimus interpretes, nullibi legimus, quod ex hoc loco Pauli conclusissent, impios ore corporali Corpus & Sanguinem Christi sumere. Contrarium quidem legimus, videlicet Sanctos Patres manifeste negare, quod impij verum Corpus & Sanguinem Christi sumant, nisi Sacramentotenus.

Primum D. Augustinus in lib. de Ciuit. Dei, cap. 26. inquit:

Non



## DEFEN. ORTH. DOCT.

Non est existimandus reuera comedere Corpus Christi, qui non est in Corpore Christi, aut in quo non manet Christus, aut non ipse in Christo.

Idem Tract. 29: super Ioann. Illi manducabant panem Dominum, Ille, hoc est Iudas, panē Domini, contra Dominum. Illi vitam, Ille penam: Qui enim māducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit.

Idem, de verbis Apostoli, Serm. 2: Illud, inquit, manducare refici est, Sed sic reficeris, vt non deficiat Illud bibere quid est: mihi viuere. Manduca vitā, bibe vitam, habebis vitam, & integra est vita. Tunc autem id erit, hoc est, vita vnicuique erit Corpus & Sanguis Domini, si quod in Sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritualiter manducetur, spiritualiter bibatur. Si illud bibere sit viuere, Multi non viuunt, quia non bibunt.

Hec & similia multa Augustinus recitat & ex professio disputat, impios non sumere Corpus & Sanguinem Domini.

Hieronimus in Isaiam, Cap. 66: lib. 18: omnes voluptatis magis amatores, quā amatores Dei sanctificari in hortis & liminibus, quia in misteria veritatis nō valent introire, & comedere cibos impietatis, dū non facti. corpore & spiritu, nec comedūt Carnē Iesu nec bibunt Sanguinē eius, de quo ipse loquitur, Qui comedit carnem meam, & bibit Sanguinē meū, habet vitam æternam. Etenim pascha nostrū immolatus est Christus, qui non foris, sed in domo  
vna &

DE CAENA DOMINI.

& intus comeditur. Ex his verbis constat impios non comedere carnem Christi, nec Sanguinem eius bibere.

Idem, lib. 4: in Hieremiam, cap. 22: omnis hereticus nascitur in Ecclesia, Sed de Ecclesia projicitur, & contendit & pugnat contra parentem, Quod infert, non comedent & bibent, subauditur, Corpus, & Sanguinem Salvatoris.

Idem in Hoseam, Lib. 2: cap. 8: Isti heretici multas cumulant hostias, & comedunt carnes earum, Vnam Christi hostiam deserentes, nec comedentes eius carnem, cuius Caro cibus credentium est. Quid potest dici clarius, quam, quod Hieronimus ait hoc loco, hereticos & impios non comedere Carnem Christi. Illam enim ait esse cibum credentium, qui fide suscipiendus sit.

Cyrillus in Ioann. lib. 4: Cap. 10: Mortui ergo sunt, qui Manna manducauerunt; Quia nullam inde vitę perpetuę virtutem acceperunt. Non enim viuificabat, Sed famem solummodo corporalem remouebat, & figura erat veritatis. Si qui vero panem vitę suscipiant, immortalitatē consequentur, & omnia interitus mala effugient, cum Christo aternaliter viuentes. Ex his apparet, malos, qui non consequuntur immortalitatē, nō suscipere Corpus Christi.

In eodē loco Cyrillus inquit: Quia Caro Christi natura viuificans est, Propterea hec Caro Christi participantes viuificat: efficit enim mortem ab eis, & interitum penitus expellit. Hinc apparet malos cū huic eff-

E

DEFEN. ORTH. DOCT.

effectū non recipiāt, non comedere Corpus Christi.

Hęc & similia loca Patrum sunt infinita, Nam si ne verbo quidem vllam facerent mētionem, quod impij non sumant verū & naturale Corpus Christi: tamen expositionibus eorum, quod cibum anime per fidem Cœnam Dominicam nominant, quod spiritualem alimoniam, quod mysticum cibum, & his similia, satis constat eos negare impiorum manducationem.

Huic ergo vero & immoto fundamento subscribere maluimus, quam detortis interpretationibus contra totum fundamentum scripturę. De impijs enim David in persona filij Dei inquit, Psalm. 16: Non libabo libamina illorum, Neq; sumam nomina eorum super labijs meis. Si id quod minus est impijs non tribuit, id quod maius est minus tribuet.

Et Psalm. 89: dicitur: Posui testamentum electis meis. Aduersarij autem volunt esse illud impiorum, & non electorum. Nescimus quam non prophanam lanienam ex Cœna Domini faciunt, & sese cum aduersarijs Ecclesie Dei Papistis cōiungunt. Transubstantiatorum enim, & eorum argumenta prorsus sunt eadem.

Hęc breuiter ad defensionem sententię nostrę de Cœna Domini scribere voluimus, & extare testimonium, quod retineamus sensum Propheticum & Apostolicum, quem aduersarij nostri acriter impugnant. Neq; vero certamina gingnere voluimus, aut vllorum hominum turbare conscientias: sed potius tur-

DE CAENA DOMINI

turbatas sedare. Neq; hñ, qui nobis nunc insidiantur negare possunt, quod privato colloquio pio & modesto hęc ònia determinare non expetiuerimus: Sed illi nos respuerunt, neq; ad colloquium suum admitterunt: Vt merito conqueri possimus, contra ius gentium nos ab eis proscindi & ledi.

Dolemus sanè violari eam amicitiam, quam cū ipsis coluimus: Sed eam vsq; ad aras magnificiendā esse statuimus. Deploramus & miseras senectę mundi huius. At nobis salus nostra, & conscientiarum pax, puritas verbi Domini multo est charior, quam vllę alię res, quantūvis preciosę in hoc mūdo.

Si insectationibus & opprobrijs vti vellemus, sanè campum spaciosum nobis apertum esse cerne-remus: Quid enim non absurditatis & impietatis inest in carnali oris manducacione, quam isti adeo intemperanter defendunt: sed hęc in aliud tempus reñcimus, ne magis irritati per fulmina & minas tentent causę huius decisionem.

Potuissemus quidē & nos honorem nostrum & existimationē retinere, si hoc obiectum esse deberet ministrorum Ecclesię Dei, de qua nunc aduersarij nostri dimicant, vt illorum literę testantur: quam certe & nos mediocriter in hoc regno assequuti eramus, dum illorum opinionē sequeremur. At satius est dicere cum Daniele: Tibi Domine iustitia, Nobis autem confusio faciei nostrę. Neq; est, quod nobis exilia, aut huiusmodi mala obñciant. Si enim Deo sic vñsum fuerit, ad quamlibet sortem parati

E 2

erimus: Et

## DEFEN. ORTH. DOCT.

Et malumus pati exilium, quam agnitam veritatem Domini denegare. At speramus omnia meliora. Est enim nobis immota clementia & iustitia diuina insita pectori Serenissimę maiestatis bene cognita, quod neminem indicta causa condemnatura sit. Offerimus nos humiliter, Imò petimus quoque reuerenter nos audiri, & indicta Synodo causam nostram cognosci: Quin & obtestamur clarissimū Magistratum vrbium Saxonicarum, vt habita ratione Dei, & veritatis eius, suos pastores admoneant, ne conuitijs & amarulentia certent, Sed instituto loco & termino compareant, & causa hæc, quę controuertitur, non iuxta hominum, sed verbi diuini authoritatē determinetur. Veritas enim non hominibus, sed verbo Dei alligata est: quę procul omnidubio emerget, & saluos faciet credentium animas, per Iesum Christum Dominum nostrum, qui cum Patre & Spiritu Sancto est Deus laudandus in secula:

A M E N.



*Hæc l. confrontat in Hist. Hæretic. p. 259 et  
appetit hæc scriptis Calvin. hæc enim subscrit.*

# PATRES INTERPRETAN-

tur Verba Testamenti.

Dionisius de Ecclesiast, Hyerarch. Cap. 3. Per venerabilia signa Christus signatur, ac sumitur.

Tertull. Aduersus Martionē, Lib. 4: Christus acceptum panem, inquit, & distributum discipulis Corpus suum illum fecit; hoc est Corpus meum dicendo, hoc est figura Corporis mei.

Origenes, in Leuiticum, Cap. 10: hom. 7, tractans illa verba, Nisi manducaueritis carnem meam, & inquit: Agnoscite, quia figure sunt, quæ in diuinis voluminibus scriptæ sunt: & ideo tanq̃ spirituales, & non tanq̃ carnales examine, & intelligite, quæ dicuntur. Si enim quasi carnales ista suscipitis, ledunt vos, & non alunt. Est enim & in Euangelijs litera quæ occidit. Non solum in veteri testamento litera occidens deprehenditur. Est in nouo testamē- litera, quæ occidit eum, qui non spiritualiter, quæ dicuntur, aduertit. Si enim secundum literam sequaris hoc ipsum, quod dictum est, Nisi manducaueritis carnem meam &c.

*duplex est corpus Christi: Communicabile, & inuicibile.*

Cyprianus, De unctione Chrysmatis ait: Quō vinum & panis caro esset & Sanguis, Et quibus rationibus causæ effectibus conuenirent; & diuersa nomina, & species ad vnam reducerentur essentiam; & significantia, & significata eisdem nominibus censerentur?

Chrysostronus, homil. 83: super Mattheum: Si enim mortuus Iesus non est, Cuius symbolum ac signum hoc sacrificium est?

E3

Item

atem  
ora.  
uina  
nita,  
sit.  
re.  
sam  
mū  
ati-  
ant,  
lo-  
on-  
ini  
ni-  
ni

g. u.  
L. A. m. d.

## DEFEN. ORTH. DOCT.

Item, in Epist. ad Ebr. homil. 17: Hoc sacrificium exemplar est illius.

Idem in Psalmo 22: vt quotidie in similitudinē Corporis & Sanguinis Christi panem & vinum secundum ordinem melchisedech nobis ostendet in sacramento.

Idē, super Matth. operis imperfecti, Homil. 11: super, Cap. 5: Si vasa sanctificata ad priuatos vsus transferre peccatum est, in quibus non est verum Corpus Christi, sed misterium Corporis continetur: quanto magis vasa Corporis nostri?

Ambrosius in lib. de ijs, qui iniciantur sacris, Cap. 9: Ipse clamat Dominus Iesus, Hoc est Corpus meum. Ante benedictionem verborum celestium alia species nominatur: post consecrationem Corpus Christi significatur.

Augustinus in lib. Sententiarum Prosperi. Hoc est, inquit, Cœlestis panis, qui Christi caro est, suo modo nominatur Corpus Christi: cum reuera sit sacramentum Corporis Christi. Hæc verba habentur in Decretis, De Consecr. Dist. 2: cap. Hoc est: Quæ verba Augustini quem in sensum Glossa Decretorum acceperit, non piget subiicere. Cœleste, inquit Sacramētū, quod verè repræsētat Christi carnem, dicitur Corpus Christi: sed improprie. Vnde dicitur, suo modo: sed non rei veritate, sed significante mysterio.



DE

39  
DE VERA CORPORIS CHRISTI

*Manducatione, quæ fit per fidem.*

Augustinus de verbis Apostoli, Serm. 33: Nolite parare fauces, sed cor: inde commendata est ista Cœna. Ecce credimus in Christum, cum fide accipimus: in accipiendo novimus, quid cogitemus: Modicum accipimus, & in corde saginamur. Non ergo quod videtur, sed quod creditur pascit.

Tract. in Ioan. 27: Soli fideles non moriuntur, qui comedunt intus, non foris, Quia comedunt corde, non qui præmunt dente. Sacramentotenus increduli accipiunt &c. Vide.

Lib. 1: Contra literas Petilianæ: Malis non nisi visibile sacramentum conceditur.

De verb. Aposto., Serm. 2: Tunc vita unicuique erit Corpus & Sanguis Christi, si quod in sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritualiter manducetur.

Tractat. in Ioan. 26: Huius rei sacramentum, hoc est unitatis Corporis & Sanguinis Christi, alibi quotidie, alibi certis intervallis dierum in Dominica mensa præparatur, & de mensa Dominica sumitur, quibusdam ad vitam, quibusdam ad exitium.

Res vero ipsa, cuius & sacramentum est, omni homini ad vitam, nulli ad exitium, quicumque eius particeps fuerit.

FINIS.

*D. pl. in ...*



Vége .

Niss logon:

2